



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 92. Hiéronymus Riarius a conjuratis trucidatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. ac præcipuis Regni dignitatibus decoratus esset, nihilominus nuncium rebus mortalibus mittere, ac solitariam vitam agere decrevit, quocirca a Romano Pontifice facultatem petiit, ut se Episcopatu abdicare posset; Assensit Episcopi votis Innocentius, concessitque, ut cuidam religiosæ familiæ sese addicere valeret. Obstitit tamen Matthias Rex, cum tanti Viri opera carere nollet: unde Episcopus a pio consilio retardatus, non nisi post Matthiæ obitum, & Uladislauum Hungarica corona redimitum sua desideria ad exitum deducere potuit, demumque Olomutii S. Francisci institutum amplexus est.

§. XCII.

Hieronymus Riarius a conjuratis trucidatus.

Sabell. Enn. Interea Hieronymus Riarius Forolivi, ac Fori Corneli Comes, cujus sub Pontificatu Sixti IV. frequens mentio occurrebat, vitiis ac crudelitatibus suis sese omnibus exosum reddere pergebat; quapropter ejus subditi illius Tyrannidem pertæsi seditione conflata in ejusdem perniciem tam implacabili odio conjurabant, ut die septima Mensis Aprilis trucidatus irati populi, cujus furorem sibimetipsi accersiverat, victima caderet. Equidem

10. lib. 8.

quidem ad primos seditionis rumores Sæcul. XV.
A. C. 1488.
 haud parum expavescebat Pontifex, bre-
 vi tamen metu liberatus, dum Foroli-
 vienses Riario vix mortuo, protinus de-
 bitam submissionem professi, ad Sedis A-
 postolicæ obsequium redibant, necnon
 Pontificis opem implorabant. Hos cer-
 te pristinæ restitisset libertati Inno-
 centius, nisi Catharina Hieronymi vidua, ac
 Galeatii Sfortiæ filia artibus suis Mari-
 ti ditiones recuperasset; cum enim spon-
 deret, quod arcem Foroliviensem, si eam
 adire permetteretur, dedere velit, simul-
 ac ipsam ingressa erat, adeo acri bello
 civili urbem vexabat, ut Mediolanen-
 sium sulca auxiliis, denuo cives ad susci-
 piendas imperii sui leges compelleret;
 demum liberos suos sibi restitui postula-
 vit, eoque rem deduxit, ut de Pontificis
 Ducibus, qui Forolivienibus auxilium
 laturi advolabant, supplicium sumeret,
 quam injuriam Pontifex dissimulavit,
 ne se cum Mediolanensibus bello impli-
 caret. Aliquo post tempore Galeottus
 Malatesta Faventiæ Gubernator pari fa-
 to ac Hieronymus involutus, in suo cu-
 biculo secunda Junii die ex insidiis oc-
 cisus est, cum vero Joannes Bentivolius
 Bononiensium Gubernator Viduæ opem
 laturus accurrisset, ipse quoque vitæ suæ
 jacturam fecisset, nisi Laurentii Medi-
 ce

Sæcul. XV. cei ope a Faventinorum furore, qui e-
 A.C. 1488. jus mortem exoptabant, ereptus fuisset.

§. XCIII.

*Abusus in Anglia occasione Asylo-
rum exorti.*

Cum ex frequentia impunitatum, quæ
 in Anglia perfugii locis concedeban-
 tur, manifesti exorirentur abusus, eos
 diutius ac dissimulanter ferre periculosum
 videbatur. Quippe promiscue omnes
 cujuscunque criminis rei dummodo ad
 sacri templi tutelam confugissent, Judi-
 cum auctoritatem eludebant: Unde sin-
 gulis ferme diebus rebelles, seditiosi, ho-
 mines ex omni scelerum colluvie nati,
 aut ære alieno plurimum gravati ad aras
 confugere conspiciebantur, qui criminum
 suorum impunitatem in hisce locis Deo
 sacratis, certumque perfugium adepti
 sunt, contra ipsas Dei leges, ac juris
 præcepta ab ipsa divina justitia primitus
 stabilita. Hæc igitur adeo expedita
 impunitatis consequendæ facilitas tan-
 dem degenerabat in maximam gravissi-
 ma etiam scelera patrandi illecebram, a-
 deo, ut nec Regum Majestas imo ne-
 quidem Religionis Sanctitas ab atrocissi-
 mis insultibus satis tuta esset. Tanto
 igitur malo, ut Henricus VII. Angliæ
 Rex opportuno obviaret remedio, nil in-
 tenta-